



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXCLII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

9 Liberatio est favorabilis.

10 Verba generalia, indefinita, & ambigua semper referenda sunt ad id, quod est principalis, & magis in intentione.

E P I T O M E.

Ex confessione sociorum, qua ipsi dixerunt, & confessi fuerunt se esse debitores alterius ex sociis in certa quantitate pro resto computorum habitorum per antea inter dictas partes, ut dixerunt, computa facta, & ratione omnium negotiationum inter eos ante dictam confessionem habitorum, ac etiam illius, cuius rationem reddere alter ex ipsis se expressè obligavit redditam fuisse probatur.

CONSILIVM CXCII.



Misso multiloquio, quoniam in paucis est veritas consistit, in primis cōcludo, q̄ ex illis verbis instrumenti pro resto computorum habitorum per antea inter dictas partes, ut dixerunt, probatur, computa de negotiationibus inter ipsos socios, & contrahentes gestis ante huius instrumenti confessionem facta fuisse probatur, quoniam sicut quando creditor dicit, & fatetur sibi decem deberi pro residuo eius, quod sibi debebatur, talis assertio, & confessio nocet ipsi creditori quoad ea, in quibus nocere potest, ut presumatur aliud totum sibi fuisse solutum, ut uolunt Bal. & alii in l. si quidem. C. de transact. quia residui appellatione totum continetur. l. 2. C. de hered. instituen. & dicit Io. de Imol. per glo. singularem in l. si ex pluribus. in prin. ff. de solu. q̄ si creditor confiteatur se aliquid recipere pro residuo eius, quod sibi debebatur, totum aliud sibi fuisse solutum, uel aliter satisfactum ex hoc praesumitur, & ita illam gl. ponderat, & extollit ibi Pau. de Cast. dicens esse quotidianum pro mercatoribus, qui huiusmodi verbis utuntur, ita & contra, ut cōtrarium eadem sit ratio iuxta l. inter stipularem. §. sacra. & ibi Bar. ff. de verb. oblig. §. confessio, & assertio debitoris facta de certa quantitate pro resto, seu residuo iuris, in quibus potest adaptari, debet ipsi debitori nocere, quando talis confessio fuit per creditorem recepta, ut est textus ibi; Bar. Bal. & omnes in d. l. si quidem. Sed in casu nostro Bartholomaeus, & Thomas socii ser Petri asseruerunt, & confessi fuerunt se esse debitores ducatorum septem pro resto computorum habitorum per antea, ut supra, ergo talis assertio, & confessio debet ipsis nocere, & praesudicare est, ut praesumatur facta computa negotiationum inter eos habitorum ante instrumentum, ut supra, confectum. Secundo ultra q̄ in instrumēto dicatur, q̄ ipsi Thomas, & Bartholomaeus confessi fuerunt se esse debitores ducatorum septem pro resto computorum habitorum, dicitur etiam in eo, q̄ partes ita dixerunt, & sic illud fuit geminatè affirmatum: quare uerborū geminatio operatur, ut uerè computa negotiationum suarū ante confessionem instrumēti facta dicantur, quia geminatio uerborum operatur id, quod aliās simplex assertio, & confessio nō solet operari, ut in l. si mulier. C. ad uelleia. l. cum ostēdimus. ff. de fideius. tut. Alex. in l. i. in prin. ff. de verb. obli. & latè habetur per moder. in c. si cautio. de fide instrum. Præterea huiusmodi assertio, & enunciatio inter ipsos contrahentes facta probat, plenamque fidem facit, quia uerba enunciativa, quae alias probare non solent, probant inter contrahentes, ipsisque praesudicant quoad ea, in quibus partes sibi praesudicare possunt. l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipul. Bar. in l. si fortè. ff. de ca. stren. pecu. Alex. in l. rem alienam. ff. de pigno. actio. Bar. in l. sciendum. ff. de uerb. obli. & in l. publica. ff. de pos. Et sic ex praedictis cōcluditur computa negotiationum inter ipsos socios factarum fuisse ante dicti instrumenti confessionem inter eos facta ex illis yer

bis pro resto computorum habitorum per antea inter ipsas partes, ut dixerunt. ¶ Sed magis cōcluditur, quoniam uerba generalia, ac negotiationum inter ipsos factarum ante dicti instrumenti confessionem, & per ea, quae in sententia primi iudicis continetur, uidetur dicendum, non negotiationum inter ipsos erat principalis, sed aliarum remanentium computa facta fuisse, tum quia expressè obligavit ad reddendam rationem negotiationis uini, ut in quodam sermone eius facta continetur, & ideo nisi de computatione negotiationis appareat, presumi non debet, quod habentur per Soc. in consil. 24. colum. 1. & in l. ge. in consil. 28. col. 6. tum quia de computatione uini non apparet, sed solum de computatione rerum, ut in quodam libriculo constat, quia instrumenti debent referri ad computationem expressè constat. Quibus non obstantibus, potest esse uerius dico, q̄ ex uerbis instrumenti probatur, computa fuisse facta de omnibus rebus negotiationibus ipsum instrumentum praecedentibus, & praesertim de negotiatione uini, nam si illa resto computorum habitorum per antea inter partes, ut dixerunt, sunt pluralis numeri indefinita, ergo debent in pluribus uerificari, arg. l. labor merus. cum ibi not. ff. de testib. nec est ratio, quare illa uerba magis debeant referri ad computationem negotiationum, quam ad computationem rerum, ergo idem de omnibus est dicendum, arg. l. i. ff. de uerb. oblig. Item quia uerba indefinita, ut in iis uerificantur, in quibus militat eadem ratio, plures, & ibi Bar. in prin. & l. si relicta. in prin. de leg. 2. glo. in c. ut circa. & ibi Domin. de elec. in not. in l. i. ff. de reg. iur. & in c. i. de iur. i. in d. c. ut circa. & glo. & Card. in clem. 1. ut in prin. Bar. in l. i. §. sed si incertum. ff. de uentre in p. cum similibus. Sed nos sumus in fauorabilibus opinionem per huiusmodi uerba a ser Petro creatore accepta Thomas, & Bartholomaeus dicuntur liberari spectu totius, ut in d. l. si quidem. per Bal. & alios. d. l. si ex pluribus. in prin. & liberatio est fauorabilis, arg. l. i. ff. de action. & obli. ergo perinde debet, ac si dictum fuisset pro resto omnium rerum computorum, & consequenter etiam de negotiationibus uini comprehenduntur. Adde, quod haec uerba generalia, & indefinita, quae sunt in uerbis, potius sunt referenda ad computum negotiationis uini, quam aliarum rerum, quia, ut ex sermone per ser Petrum apparet, negotio uini erat principalis, & magis in consideratione, & sic principaliter uerba generalia in dubio potius in illa uerificantur, arg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerb. obli. quia in dubio semper uerba generalia, & ambigua referenda sunt ad id, quod est principalis, & magis in intentione, arg. rex. & ibi Alex. in l. h. §. si fidei. ff. de iureiur. ubi iuramentum simpliciter, & generaliter praestitum in dubio praesumitur praestitum in p. de obligatione principali, & facit. l. si emptio. in p. de p. h. emp. Rursus cum haec uerba fuerint generalia, ipsos Thomam, & Bartholomaeum prolata, quoniam illi, & cōfessi fuerunt se esse legitimos debitores, & tri ultra alias sumas pecuniarum in suma decem pro resto computorum habitorum, ut §. sequitur. q̄ legē potuerūt apertius dicere, & in fauore illius stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de uerb. obli.

- 19 Mora ob factum, & delictum ipso iure absq; interpellatione commissa difficius purgatur, quam illa, quae per interpellationem, & ob non factum commissa fuit.
- 20 Debitor in contractibus bonae fidei propter moram commissam per interpellationem, & ob non factum ad usuras tenetur, & propter moram ob factum, & delictum ipso iure absq; interpellatione commissam ad usuras etiam, quae loco interesse lucri cessantis debentur. Maxime in creditore solito mercari.
- 21 Interesse lucri cessantis est omni iure exigibile, & duplum verae sortis excedere potest, & quatenus. Et unde hoc interesse proveniat.
- 22 Interesse damni emergentis tantum quando, et quando et interesse lucri cessantis in contractibus bonae fidei ob moram attendi debeat.
- 23 Iustitiores siue ex mandato, siue ex contractu locationis negotia alienis exercentis administrationis suae rationem reddere, & reliqua omnia solvere tenentur.
- 24 In redditione rationum, & solutione reliquorum veniunt etiam damna, seu usurae, quae loco interesse à die mora, & iuxta consuetudinem regionis, in qua rationes exercentur, debentur.
- 25 Damna etiam sub nomine interesse continentur.
- 27 L. si quis solutioni in princ. ff. de usur. declaratur.
- 28 Difficultas an, & quando debitorem à mora excuset. L. ratio. §. si per venditorem. ff. de actio. empt. declaratur.
- 31 Interesse conventionale in casu, quo quid non fieret, & conventa non observarentur, dicitur extrinsecum, & duplum excedere potest inter solitos mercari, & negotiari.
- 32 Interesse iure obligationis veniens quoad rerum naturam est certum, licet quoad nos sit incertum, & ante eius liquidationem peti, & mora commissi dici potest.
- 33 Moram non committi in liquidandis ante, quam per iudicem declaratur, quomodo procedat.
- 34 Libellus incertus procedit, & incertum peti potest, quando declaratio, & liquidatio incertitudinis non est in potestate actoris, & creditoris, sed iudicis.
- 35 Ex facto alieno, quod iussu ignoravit, obligari non debet. Quod limitatur. num. 53. (non debet.)
- 36 Debitoris mora ex eius facto, & culpa commissi fideiussori nocere. Nisi fideiussor in omnem causam, vel per verba pinguiora se expressisset obligasset. num. 52.
- 37 Ignorantia iusta à mora excusat.
- 38 Fideiussoria obligatio alteri obligationi principalis accedit.
- 39 Interesse in contractibus bonae fidei, & quod ex officio iudicis debetur, non est quoad principalem in obligatione, & an fideiussor ad illud teneri debeat, & nu. 53. ubi hoc declaratur.
- 40 Fideiussor non obligatur, nisi pro sorte, & interesse promisso, quod de presenti deberetur. Quod limitatur nu. 42. & nu. 54. ubi hoc declaratur.
- 41 Fideiussoris obligatio ultra sortem principaliter debitam non augetur ex eo, quod principalis obligatio ex mora ipsius aucta fuerit.
- 42 Fideiubens pro omni eo, & toto, quod ex omnibus praedictis creditor à principali debitor quovis modo habere debebit, dicitur in omnem causam fideiussisse, & non solum ad sortem, sed et ad usuras, ac ad interesse decursum, & decurrendum est obligatus. (ris.)
- 43 Et non solum in contractibus bonae fidei, sed et in contractibus stricti iuris.
- 44 Fideiussor, qui in omnem causam ab initio spondit, in contractibus bonae fidei creditori solito negotiari ad omne damnum, & interesse lucri cessantis tenetur.
- 45 Fideiussor an, & quando ultra sortem nihil praestare teneatur, & quando etiam ad usuras, & interesse teneatur.
- 47 Fideiubens in omnem casum, seu causam quando ad interesse decursum dumtaxat, & quando etiam ad decurrendum teneatur.
- 47 Mora debitoris principalis fideiussori, qui in omnem causam promissus, nocet eo modo, quo nocet debitori principali. (stat. apta.)
- 48 Infinitas tollatur, quando verba ob sui generalitatem sunt ad infinitum.
- 49 Fideiussor promittens in omnem causam, vel per alia verba pinguiora ex facto proprio, & non alieno etiam ad damna, & interesse dicitur obligatus.
- 50 Usura post moram debita succedit loco interesse.
- 51 Interesse à solito mercari, seu aliis negotiari utroque iure facilius exigi potest, quam usura.
- 53 Fideiussoria obligatio non solum obligationi, sed etiam officio iudicis.